

NvK an Abt Martin (Hesser) von Rot an der Rot. Bei seiner gestrigen Ankunft in Wilten habe er erfahren, dass einige Wiltener Mönche nach Rot geflohen seien. Der Kardinal berichtet über seine bisherigen Reformmaßnahmen im Prämonstratenserklöster Wilten. Da die von ihm angeordnete Visitation durch den Magdeburger Propst Eberhard Woltmann mit apostolischer Autorität erfolgt sei, seien etwaige weitere Visitationen, insbesondere durch den Abt von Rot unzulässig. Der Abt solle lieber sein eigenes Kloster reformieren. Er solle auch nicht daran Anstoß nehmen, dass der Kardinal zur Durchführung der Reform auf Magdeburger Mönche zurückgegriffen habe, denn anders sei eine Reform nicht durchführbar gewesen. Der Abt solle den entflohenen Mönchen ausrichten, dass ihnen nur noch bis zum Ablauf des Monats Oktober eine Rückkehr als einfache Mönche möglich sei, wenn sie reumütig die Observanz einhielten und künftig gegenüber dem Abt und NvK gehorsam seien.

Kopie (17. Jb.): WILTEN, StA, Lade 9 A 1 (= W₁); (17. Jb.): ebd. Lade 10 D 1 (= W₂); (18. Jb.): BOZEN, StA, Lade 13 Nr. 8 C (zwei Kopien; = B₁ und B₂); (A. Tschaveller, 1730): INNSBRUCK, Museum Ferdinandeum, Dip. 1005 (früher: BT 778) p. 345f.; (J. Resch, 18. Jb.): BRIXEN, Priesterseminar, D 11 p. 185f. und 190; (19. Jb.): WILTEN, StA, Chronik Daniel, p. 371f.

Druck: Lentze, Reform des Stiftes Wilten 520-522 Nr. II (nach W₂).

Erw.: Tinkhauser/Rapp, Beschreibung II 267; Sinnacher, Beiträge III 113; R. Palme, Die Abtwahl im Stift Wilten von der Gründung bis zur Beendigung des Exemptionsstreites, in: *Analecta Praemonstratensia* 46 (1970) 52-60, 238-363, 47 (1971) 54-66, 191-231, 48 (1972) 20-42, hier 46 (1970) 258; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 96, 109.

Aeternam salutem. Venerabilis pater, amice charissime. Venientibus nobis heri ad monasterium Wilthinense, admirati sumus, quomodo fratres plurimi, derelicto loco illo abierunt et, ut quidam putant, ad vos confugerunt.¹⁾ Unde, ne forte contra reformationem noviter ex Magdeburga²⁾ ibidem, maximis laboribus, apostolica auctoritate plantatam illi aut alii paternitati vestre quidquam suggerant, deliberavimus vobis scribere 5 veritatem.

Ecce postquam applicuimus ad nostram diocesim, et intellecto quomodo predecessores nostri fundaverunt religionem Premonstratensem in Wilthina, eiiciendo alios religiosos, qui regulam suam non observarunt; et donarunt fratribus Premonstratensibus, ut observantiam continuare possent, de propria sua mensa multa bona; nos tunc, 10 ut legatus apostolicus, incepimus visitare locum, in quo de observantia parum reperimus.³⁾ Deinde absoluto seniori abbate cum consilio fratrum modernum preficimus. Post hec curiam Romanam accedentes, obtinuimus quod s^{mus} d. n. confirmavit abbatem et omnia que fecimus; qui etiam mandavit nobis continuare visitationem et reformationem sua auctoritate usque ad plenum profectum. Unde nos redeuntes ex curia, 15 advocavimus dominum prepositum Beate Marie Magdeburgensis⁴⁾, qui consentiente abbate visitavit et fratres posuit utique recte in conspectu dei secundum regulam am-

4 ex: Quocirca B₁. | auctoritate: a B₁. 5 deliberavimus: et W₁. 17 fratres: fratribus W₁.

¹⁾ NvK hatte nicht erst bei seiner Ankunft in Wilten von den Problemen erfahren, wie die Nachricht an Bernhard von Waging beweist; s.o. Nr. 4103 Z. 11f.

²⁾ NvK hatte das Kloster durch den Propst von St. Marien in Magdeburg, Eberhard Woltmann, visitieren lassen; s.o. Nr. 3936.

³⁾ S.o. Nr. 2970.

⁴⁾ Eberhard Woltmann, Propst von St. Marien zu Magdeburg; s.o. Nr. 2916f., 2970, 3608, 3936f.

bulantes: licet mitiora habeant statuta, quam qui in principio ordinem fundarunt, et fratres qui nunc abierunt pluries etiam de proximo per signum subscriptionis, se ad
20 consimilem observantiam dederunt. Et si forte dixerint, quomodo propter non nulla scripta nostra recesserunt, dicimus, quod ad nos pervenit, quomodo cum certis persecutoribus reformationis practicantibus quidam venturi essent visitatores ad turbandum novellam plantationem. Contra quam nos providere volentes, ex quo manum posuimus apostolica auctoritate⁵⁾, ne quicumque nobis inferiores se de visitatione intronterent, locum illum subiecimus visitationi domini prepositi Magdeburgensis, eximentes eum ab omni alio nobis in hac parte inferiori visitatore; et hoc fecimus ex auctoritate apostolica, ut sic monasterium ad perfectam reformationem perduceretur per ipsum prepositum, qui ex nostra commissione procedendo optimum dedit initium. Deinde scripsimus, quod fratres ex superabundanti appellarent ad papam, ne alius visitor eos
30 gravaret, maxime cum sint in manibus nostris, qui utimur apostolica auctoritate, hac vice quequidem appellatio, licet non sit necessaria, tamen videbatur relevare timoratas conscientias et oblocutiones populi, nam per hoc fuissent deventum ad discussionem cause. Scripsimus etiam eis, quod si non vellent obedire usque ad reformationem, tunc nollemus pati, quod ipsi bona, que de mensa episcopali ecclesie sunt donata ad illum
35 finem observantie, consumantur in peccatis. Et certe hoc fecimus, ut saltem temporalium perditio eos ad observantiam duceret, quos timor dei non movit. Et revera ista scripsimus, iudicantes sic per nos fiendum, uti factum fuit per predecessorem nostrum, qui ammovit unam religionem et posuit aliam.⁶⁾ Potius enim non vellemus, quod in Wilthina forent qualescumque alii religiosi regulam non observantes quam Premonstratenses continue in peccatis deum offendentes. Et finaliter sic omnino fieri procurabimus, si non poterimus in observantia proficere. Hec propterea scribimus paternitati vestre, ut faveatis nobis, quia non nisi honorem dei et ordinis querimus. Et quod ad Magdeburgenses habuimus refugium pro habendis fratribus reformatis, non turbet vos, quia potius in propinquiori loco recepissimus, si potuissemus; scimus, proh dolor,
45 quomodo se habet religio et quantum discessit a primeva institutione in vicinia et in Premonstrato.⁷⁾ Utinam fieret talis reformatio, quod non haberemus necessitatem ad Magdeburgum mittere.

Abstineat igitur paternitas vestra a visitando, et ne sinat alios venire, posset scandalum exoriri; et reformetur conventus vester prius: et tunc non solum patiar, sed sollicitate instabo, ut visitetis. Pro nunc autem visitatio fieri nequit per alios, quia apostolica auctoritate nos ipsam facimus, et si venirent alii, iustitia mediante resisteretur.

18 qui: qua *W*₁. 21 cum: *fehlt W*₁ *W*₂. 26 ex: *fehlt W*₁ *W*₂. 43 refugium: confugium *B*₁. 45 discessit: recessit *B*₁.

⁵⁾ *S.o.* Nr. 3417.

⁶⁾ *Das Prämonstratenserklöster Wilten wurde ca. 1138 von B. Reginbert von Brixen (1125-1139) gegründet und ersetzte ein älteres Kollegiatstift. Vgl. A. von Schlachta, Das Prämonstratenserstift Wilten, in: Obermair u.a., Dom- und Kollegiatstifte 239-251.*

⁷⁾ *Prémontré.*

Verum ne fratres illi, qui abierunt, forte habeant causam quamcumque se excusandi, adhuc fiet misericordia cum ipsis, si voluerint reverti ad suum monasterium, et observantiam cum aliis, qui nunc sunt, subintrare, uti se facturos alias per subscriptionem manuum promiserunt, ita tamen, quod maneant amplius stabiles: quoniam si iterum 55 abirent, amplius nunquam admittentur. Volumus tamen, quod si fuerint reversi, contententur stare uti simplices fratres in observantia proficere volentes, sub plena obedientia domini abbatis et eius vices agentis, ita quod nullus habeat officium quodcumque, nisi cui dominus abbas commiserit, aut nos uti apostolicus visitator in absentia abbatis. Hec rogamus dici illis fratribus, qui vobiscum sunt, ut intelligant gremium 60 pietatis non esse eis clausum, si redire voluerint ad suum monasterium et regule observantiam acceptare. Quod si non fuerint reversi modo predicto, ultra mensem octobris instantem non expectabuntur; immo post mensem octobris omnes illi fratres, qui sic abierunt, locum in illo monasterio amplius non habebunt. De quo etiam velit paternitas vestra eosdem fratres nostri nomine certificare, ne diutius credant sibi licere dis- 65 currere et quando libuerit reverti.

Hec sic charitati vestre scribimus confidentes, ut omnino nobis in instructione regularis observantie faveatis et, ut possitis fratres, qui ad vos confugerunt, inducere, ut non perdant animas suas, sed redeant ad monasterium; ac etiam, ut vos et omnes sciant, quia salutem eorum desideramus. Nos etiam pro paternitate vestra et bono 70 religionis ordinis offerimus, quidquid poterimus, optantes vos feliciter valere. Ex Wilthina, die 23 septembris, anno etc. 54.

Nicolaus cardinalis s. Petri episcopi Brixinensis manu propria.